



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Corpus Doctrinæ Christianæ

Melanchthon, Philipp

Lipsiæ, 1572

VD16 M 2890

De Sacramentis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36094

Et de dignitate ministerij fideliter docemus Ecclesias. Nihil
diminuere potest, quam quod filius Dei inquit Iohann. 20. Sicut Pater
misit me, sic & ego misso vos: Oferendit & quæ mandata der,
predicat Euangelium: & affirmat, sè per vocem illorum efficacem
esse, sicut Pater ostendit se efficacem esse per filium.

PROPONIMVS & mandata Dei Lucae 10. Qui vos audit,
ne audire: qui vos spernit, me spernit. Item Hebr. 13. Obcedi
te propositis vestris. Nec tamen hæc dicta regnum constituant
tuta Euangelium, sed obedientiam præcipiunt debitam voci Eu
angelij: & ad ministerium hæc pertinent, docere Euangelium, ad
ministrare Sacra menta, vocem Absolutionis impertire peccantibus,
qui non perseverant in manifestis delictis, ordinare ministros Eu an
gelij nec vocatos & exploratos, exercere iudicia Ecclesiæ legitimo
modo: de ijs qui manifestorum criminum in moribus aut doctrina
rei sunt, & contra contumaces, sententiam ex communicationis fer
re, & conuersos rursus absoluere & recipere. Hæc ut rite fiant, etiam
Confessoria in Ecclesijs nostris constituta sunt.

DIXIMVS
autem in descriptione Ecclesiæ, multos in hac visibili Ecclesia esse
non sanctos, qui tamen externa professione veram doctrinam am
pliantur: quia Donatistæ improbamus, qui finxerunt, ministeri
orum qui non sunt sancti, non esse efficax. **I**MPROBAM
US & collaudemus Anabaptisticam, quæ finxit Ecclesiam visibilem, in
qua omnes sunt sancti, Ac fatemur, de Ecclesia visibili in hac vita sen
tendum esse, sicut inquit Dominus Matth. 13. Simile est regnum co
rum saepe missæ in mare, qua boni & mali pisces colliguntur. Sed
tamen hi sunt hostes vera doctrinæ, desinunt esse membra huius
visibilis congregationis, iuxta hoc dictum Galat. 1. Si quis aliud
Euangelium docet, anathema sit.

DE SACRAMENTIS.

DISCERNUNT Ecclesiam à cæteris gentibus, & ritus quidam
divinitus instituti, qui nominantur visitate Sacra menta: vt Ba
ptismus, & Cena Domini: quæ tamen non sunt tantum signa pro
fessionis, sed multo magis (vt vetustas dixit) signa gratiaræ, id est, sunt
ceremonia additæ promissione Euangelij de gratia, id est, de gratui
ta remissione peccatorum, & de reconciliatione, & de toto beneficio
redemptionis: quæ ita instituta sunt, vt singuli eis reuantur: quia sunt
pignora & testimonia, quæ ostendunt, ad singulos pertinere beneficia
in Euangelio promissa. Nam vox Euangelij generalis est. Hanc te
naturam hic illus, pertinere ad singulos qui Sacramentis vtuntur.

DE